

140

V I R O

non minus à Virtutum, quam Officij, Officijs perquam  
commendabili,

(S. T.)

D O M I N O

DANIELI CHRISTOPHORO

J A N I T Z O N,

Regiarum Postarum Directori & Judicij

Veteris Civitatis, quod Thorunij est,

*Magistro merentissimo,*

Dominica XIV. Trinitatis A. O. R. M. CCC. M.

*Charissimam Thalami Sociam,*

Matronam omni Virtutum muliebrium genere  
ornatissimam,

D O M I N A M

BARBARAM, natam BLANCKIAM,

*Honestissimis Exequijs, idq; non sine suspirijs,*

in Tumbam Paternam efferenti,

Sympathias suæ qualiacunque Documenta

*offerre voluerunt*

Gymnasij Thoruniensis

RECTOR & Professor<sup>e</sup> Publici.

---

E Chalcographeo Thoruniensium.




**S**O ist's! der Mensch vergeht oft! wie ein Chymisch Werck.  
 Laßt Theophrastens Volct den besten Einsatz brauchen!  
 Gebt im Marien-Bad dem Feuer seine Stärk!  
 Laßt dies/ was Geistig ist/ im Kolben aufwärts rauchen;  
 Eh' es der Künstler meint/ muß die Tinttur vergeh'n/  
 Und/ was man fangen wolt/ in freier Lust verschwinden.  
 Laßt gleichfalls unsern Leib in bester Blüthe stehn/  
 Laßt ihn vom Lebens- Feur erwünschte Kraft empfinden ;  
 Eh' du und ich gedacht/ zerbricht des Lebens glash/  
 Und/ was wir vor erhöht/ muß nun zu Aschen werden.  
 Doch wie die Scheide-Kunst verjünget Blum und Gras/  
 Zeigt ihren Riß und Bild in ihrem Salz † und Erden:  
 Also kan auch der Mensch verjünghter hervor gehn.  
 Wir werden ewig nicht ein todtes Caput bleiben.  
 Wann zum Gerichte ruffider Engel Feld - gethöhn/  
 Dann wird mit Ihme sich hinwider einverleiben/  
 Was vor geschieden war. Aus unsrer Aschen Salz  
 Sol durch des Höchsten Macht ein Lebend Mensch aufliegen.  
 Warumb verzehret nun mein Sönnher March und Schmalz?  
 Wer unsren Zustand weiß/ der giebt sich Gott zu eignen.  
 Ihm ist durch diesen Fall/ ich glaub' es/ weh geschehn.  
 Man kan solch unglück nicht/ wie Chymisch ding/ verschmerzen.  
 Doch weil die Liebste sol ausjhrer Asch auftretn/  
 So zeig' Er/ daß so dis/ als jenes/ geht zu Herzen.

+ Kircherus: In Cinere Sal, in Sale, q. in Centro, lateri cuiusque rei vegetabilis Virtus Seminalis. De Resuscitatione formarum ex-Cineribus Plantarum vid. Libavius libr. 1. Synt. Arca. Chyn. c. 22. p. 47. seq.

Mit diesen geringen Chymischen Einfällen wolte  
 Der Edlen Kunst sonderbaher Liebhaber einiger maßen aufl-  
 zrichten suchen  
 M. George Wende. Rect.

Inclyte POSTARUM SCABINORUMq; MAGISTER,  
 THORUNÆ Urbis Honos, IANZONIDUMq; Decus,  
 Visus eras felix chara vivente Maritæ,  
 Conjugis ast Tibi jam nomen inane manet.  
 Tam legis in Sociam lacrymabile Carmen ademtam,  
 Nemo est, qui Tecum dulcia verba serat.  
 Hancine Tu poteras unquam sperare, Reliche,  
 Tam Metamorphosin tristissimamque gravem?  
 Altera pars cordis ( lacrymas dolor exprime iustas! )  
 Ecce Tui, mortis false resecta jacet.  
 Occidit Exemplar Matronæ prorsus honesta,  
 Qua fuerat longos vivere digna dies.  
 Huius Pietas cordi, Mundum contempsit, & omnem  
 Fasum, simplicitas ejus amica fuit.  
 Illa Venus dici poterat, non nomine filio,  
 Semper bonore suum docta foyero VIRUM.  
 Carera quid memorem? scit plebs, scit pauper, Amicit  
 Livor & ipse, isthac Fæmina qualis erat.  
 Hac igitur Te nunc cruciat mens agra videntem,  
 Fautor, & amissum fles Decus omne Domus.  
 Tristis inexhaustum premis alto corde dolorem,  
 ( Me Deus! ) ast quis, qui non moveatur, erit?

Defr.



Define sed plantu, vanos & comprime luctu,  
 Quere nec hanc vacui parte priore Teri.  
 Illa, sive scimus certa, spatiatur in horis  
 Elisis, Abraca perfruitur quæ sinu.  
 Sidera pro terris, vitam pro morte recepit,  
 Iamque quod optabat viva, perennata tener.  
 Quin potius latare, tui pars altera cordis  
 Quid iam celorum Regna beata solit.

Condolens appofit

Weisceslaus Iohannides Prof. Publ. & Visit.

**F**unera deflebam privato. tristia luctu ,  
 Funera, quæ patrij tum peperere Lares.  
 Nuncius interea nostram properabat in Urbem,  
 Umbras ECCARDI, funera magna , rebens,  
 Obstupui, steteruntque comæ, vox fauicibus hæsit,  
 Nec potui mæstum pangere tardus Epos.  
 Nunc iterum nova lugendi se copia pandit,  
 Et vocat in tristes verba ligare modos.  
 BARBARA quando oculis erepta est IANCZIA nostris,  
 Quæ fuerat quondam sangwine nata pio.  
 Illius enim! Genitor defunctus munere sacro  
 Edocuit cœtum, clara Thoruna, taum;  
 Ast super astra volans teneram castamque reliquit.  
 HINTZ, postbac cuius captus amore fuit,  
 Duxit & in thalamum magni pars chara Senatus  
 Delicium vitæ, deliciumque Demus,  
 Hic ubi mortalis fatalibus exiit auris  
 Transtulit in licitum, vota secunda, thoram;  
 In tua, Indicij veteris spectate Magister,  
 Qui modo coniugii fædera rupta doles.  
 Quo maior tibi lætitia surrexerat olim  
 Lux, hoc extemplo tristior hora ruit.  
 Nam thalamum tumulo commutat Diva voluntas,  
 Atque thori sociam non superesse finit.  
 Quid facies? Domino totum Te trade IEHOVÆ,  
 Ex viduis sponsos qui renovare valet.  
 Qui poterit natam varia virtute coruscam,  
 Et dote & pulchris condecorare bonis.  
 Felices animæ, quas liberat orbe maligno,  
 Dextra DEI; fugiat quis modo spicula necis?  
 Condecorandis beatissimæ Matronæ manibus adiecit

M. Martinus Bohm P. P.

**A**utumni Deus est similis. Clementia Veris,  
 Astas quicquid dat, tollit at ille ferus.  
 Nunc Veneris myrtus, patulae nunc brachia fagi  
 Frondent, exultant, sed rapit ille decus.  
 Populus Alcidæ gratissima perdet & umbras,  
 Et fit calva arbos & sine crine nemus.  
 Liber rampineis quas fixxit, vitibus uras,  
 Autumnus, calcat nudaque vitis erit.  
 Quercus adhuc viridis spectatur, flumina, ripas  
 Gramina convelant, pellet at ille decus.  
 In fulcis falcat flaventes cæcus aristas,  
 Quicquid & ornatus est, fuit, ille metit.

Omnia

Omnia corrugant frontem, de montibus altis,  
Ex hortis coryli, cedit ut omnis bonos.  
Quid faciunt aliud mitissima Numina, quam quod  
Autumnus, reverbunt in sua Regna suos.  
Feminarum populum tollunt, populumque Virorum,  
Dissociant caros & muliere viros.  
En iacet ante oculos exemplum BARBARA livens,  
BARBARA que fuerat nomine, non animo.  
Mores expendas, fuerat num cultior illa?  
Expensis dices: CULTA vocanda fuit.  
Mites ornavit speciosa modestia sensus,  
Pectore fulgebant & Pietatis opes.  
Silenos sprevit titubantes calcibus, ore,  
Iaccho queis fuerat vena repleta cava.  
Ipsa Deo iam plena suo nova Secula vivat,  
Quae operi merces & datur omnis bonus.

Quod debuit, dedit

Iohannes Rezik Prof. Publ. & Visit.

L. Annæus Seneca Lib. I. Epist. LXII.

Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius;  
viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum.

**L**Ex dura vatis Gracia summi fuit:  
Qui jus dedit flendi diem tantum unicum.  
Antiquitatis mitior lex attamen  
Permittit annum feminis, diutius  
Verò vetat lugere, nullum maribus  
Dicit quidem tempus, quod utrumque indecens.  
Sed dum repenti personat luctu domus,  
Aulae pallente, saxa plorant Conjugem;  
Quisquis Virorum non cupressum tristibus  
Præfigeret foribus videns vincula tori  
Disrupta, moreque turturum questu gravi  
Sociam reposceret repente mortuam?  
Spectabilis IANITZON! ad Te hac pertinent:  
Dilecta terris cesit his Conjur Tua,  
Mortalitatis lege vivere desinens.  
Possedit illa, quicquid aether prabuit,  
Solata dexteras benigna pauperes:  
Periit in illa norma matris optima:  
Periit in illa forma proba Conjugis:  
Exemplar hec domestica cura fuit.  
Lex viva morum, symbolum castissimi  
Amoris, unice genitrix Filia  
Et educatrix fida, quales Tullie  
Quondam fuere Iuliaque nobiles.  
Est ergo causa, Vidue, lugendi Tibi.  
Sic lugeas tamen, ut eorum non sequi  
Exempla tentes, quos gravis vicit dolor.

fcr.

M. Martinus Bertleffius  
Prof. Publ. & Visit.

